



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

63. Quæ sit vis clausulæ irritantis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

sententia, opusque ut iudex antequam sit pœnæ locus, ferat sententiã declaratoriam communi delicti, non ut puniat, sed tantum ut declarat contraventum seu delictum fuisse commissum, quemadmodum fule docet & probat Fel. in d. c. cum Rodulphus num. 35. & seqq. idem in cap. 1. num. 45. de constit. qui clare etiam limitat, nisi delictum sit notorium tum non esse opus declaratione. *Fumus verb. pœna.* id tamen non obtrahere in censuris & aliis spiritualibus pœnis communiter traditum est, qui enim contra sententiã à Canone latam facit sine alia declaratione comminatas ipso iure censuras incurrit. *Fumus d. verb. pœna, num. 1. sub med. Navarr. in Manusii cap. 24. num. 67.* Quia Pontifex tunc velle censetur ut pars contra se ipsam sit executrix *Navarr. d. n. 67. latissime Gregor. Sarrus in Thesuro Theolog. moralis par. 1. lib. 1. cap. 11. per tot. ubi tradit formas quibus cognoscatur an sint lata sententia, an ferenda.*

QVAESTIO LXIII.

Quae sit vis clausulae irritantis.

SUMMARIUM.

1. Usurpata à Principe afficit igno-
rantes, sententiam.
2. Est penetrabilior omni gladio.
3. Ex rescripto jus non queritur ante praesentationem.
4. Quid de clausula irritante usurpata à legato.

DE clausula hac irritante decernimus iterum & inane, &c. variè varia scripta sunt Fel. cap. ceterum n. 19. de rescr. Card. Clem. 1. num. 3. cum Apost. de elect. Clem. n. 6. & 7. de concess. prab. Rebuff. ad const. reg. sic. de evocat. in presat. quest. 4. num. 22. lat. Gondislaustrati. de legato. quest. 9. num. 63. & seqq. Aen. de Falcon. tract. de reservat. benef. quest. 4. princip. num. 3. & seqq. dixi aliquid supra lib. 3. qu. 12. in fine.

1. Paucis, usurpata à Principe sive Pontifice afficit non modo scientes sed & igno-
rantes, ita quod in contrarium gesta sint ipso iure nulla Fel. d. cap. ceterum Rebuff. ubi
supra Van. de nullit. sent. tit. quot & quib. mod. nullitas proponi possit numer. 48. & seqq.
Mench. de arbitr. iudic. casu 185. num. 24.
2. Ac ut refert Navarrus ex Sarnensi decretum irritans est penetrabilius omni gladio
incipiti omnia interiora & occultissima afficiens & astringens, est tam malignantis naturæ quod quicquid invenit destruit, & in oppositum ducit *Navarr. in comment. de spolijs clericor. §. 14. nu. 2. tom. 1.*
3. Qua in materia videtur etiam poterit alio in loco idem *Navarr. cons. 6. num. 1. de Renun. par. 1. tradens rescripta vires non sortiri, jurisdictionemque ex eis non acquiri ante illorum præsentationem Rot. dec. 1. de concess. prab. in novis cap. super eo 2. de appellat. late Flaminius de resignat. beneficiorum par. 1. lib. 7. quest. 21. num. 16.*
4. In legato aut inferiore à Principe maxima est difficultas, quod enim scientes li-

get omnes conveniunt, at vero an ignorantes in eo omnes valde dissentiunt, ut patet ex Gondislaio de Villadiego, Aenea de falconibus, & aliis hic allegatis Paucis Quintilianus Mandolius late censuit & probavit tract. de inhibitionib. quaest. 36. solus Papae aut Principis decretum afficere ignorantes, quod tamen limitat ne quidem ignorantes liget aut afficiat respectu praeteritae cap. beneficia ubi Anchor. n. 2. not. de praebend. in 6 glo. Clem. nolentes vers. eo tunc de haeretic. lo. Andr. cap. tibi qui circa fin. ubi Gem. col. ult. vers. vel dic. n. 18. de reser. in 6. Anto. de Butr. cap. cognoscentes col. 4. fall. 2. ubi imol. & Fel. col. 9. limit. 4. de constit. Mandos. de Monitorijs quaest. 60. n. 47. Qua de re videtur etiam poterit Gregorius Sayrus in Thesaurio Theolog. moralis par. 1. lib. 1. cap. 18. per tot. ubi tractat de variis effectibus ignorantiae & causis quae excusant ab excommunicatione ad quem compendii gratia recurri poterit: ac etiam Gonzalez ad Reg. VIII. Cancellariae Apostolicae.

QVAESTIO LXIV.

Executores Apostolici an procedere possint contra exemptos.

SUMMARIUM.

1. Non procedunt contra exemptos nisi exemptionis facta mentione. 2. Executores non tenentur exequi nisi Bulla executionis contineat tenorem sententiae.

Quaestio haec proponitur à Cardinali in Clem. dudum §. nos etenim num. 4. de sa. 1. ubi videtur inclinare in affirmativam, ex quo ejusmodi executores gerant vices Papae, cui exempti subijciuntur, alijs tamen ibidem magis placet opinio Laudensis qua de re non nihil supra eod. lib. quaest. 33. Diximus enim haec tenus varijs in locis exemptos nemini alteri subijci quam sanctae Sedi; aut ejus legato à latere, nisi tamen Pontificiae delegationis aliud importent, id enim totum pendet à facultate legatorum per cap. si Abbate §. fin. de elect. in 6. dixi late supra lib. 2. quaest. 2. adeo quod commissiones & rescripta non facta mentione exemptionis stylo Rom. Curiae non subsistant, qua de re abunde satis diximus supra lib. 2. c. 3. per tot. signanter n. 8. 9. 10. 11. 12.

Illud autem obiter hoc loci dictum sit, quod executores non tenentur ad executiones procedere, nisi Bulla executionis contineat totum tenorem sententiae exequenda, licet enim sententiae faciat mentionem, eidem tamen credendum non est, nisi aut sententia reproducatur, aut tenor sententiae rescripto executorio inseratur, qua de re Romanus & DD. Rom. cons. 336. incip. circa propositam consultationem in qua primo quaeritur numquid dicitur executor. 1. a son. Auth. si quis in aliquo n. 8. C. de edendo.